N. 3152.

CURRENDA XVIII.

A. D. 1861.

L. 2110.

Taksy za udzielanie beneficyjów i za potwierdzenie obioru niektórych Osób duchownych będą uchylone, i t. d.

Z Obwieszczenia Wys. c. k. Namiestnictwa Lwow. z d. 31. Lip. r. b. L. 49536 które tu wydrukować poleciliśmy, Wieleb. Duchowieństwo zaczerpnie wiadomość, jako zwykłe dotąd pobory za udzielenia beneficyjów, lub potwierdzenie obranych przez kapitułę Biskupów, Opatów, Ksień i t. d. zniesione będą, skoro się wynajdzie sposób do pokrycia ubytku w dochodach Państwa, tymczasem zaś zostanie wszystko przy dawném. Obwieszczenie w mowie będące tak opiewa: »Z. 49536. Mit A. h. Entschließung vom 9. März 1860 ist die Aufhebung der Bestimmungen des kaiserlichen Patentes vom 27. Jänner 1840 bezüglich der Pfründenverleihungs- und Wahlbestättigungs-Taxen gegen dem zugestanden worden, daß die geeigneten Anträge darüber erstattet werden, wie der dadurch veranlaßte Ausfall in den Staatseinnahmen möglichst gedeckt werden könne.

Unter dem 21. Mai 1861 haben Seine k. k. Apostolische Majestät ferner anzuordnen geruht, daß die Wirksamkeit dieser A. h. Entschließung mit dem noch bestimmt festzusetzenden Zeitpunkte einzutreten habe, in welchem die Deckung des entstehenden Ausfalles in den Staatseinnahmen verwirklicht sein wird.

Laut Erlaßes des hohen k. k. Staatsministeriums vom 17. d. M. Z. 6082 kann die Verwirklichung der Deckung des erwähnten Ausfalles nur im verfassungsmäßigen Wege geschehen, und wird hierauf bei der in Verhandlung begriffenen Umarbeitung des Gebührengesetzes vom 9. Febr. 1850 Bedacht genommen werden.

Da hiernach bis zum Eintritte der Wirksamkeit der A. h. Entschließung vom 9. März 1860 die Pfründenverleihungs- und Wahlbestättigungs-Taxen noch fortan zu entrichten, und somit auch die zur Taxbemessung erforderlichen Nachweisungen über das Pfründen- und Stiftungseinkommen zu liefern sind, so wird das hochwürdige Consistorium hievon zur Benehmungswissenschaft in Kenntniß gesetzt, indem das hohe Staatsministerium angeordnet hat, damit sowohl die bemessenen, aber noch rückständigen Taxen berichtiget, und die zur Bemessung der bereits angefallenen Taxen nöthigen Erträgniß-Nachweisungen geliefert und an das dazu berufene Amt eingesendet, als auch für die Folge die vorläufig noch aufrecht bleibenden Taxvorschriften befolgt werden. Lemberg den 31. Juli 1861.«

Tarnów 16. sierpnia 1861.

N. 2088.
Relatio de obitu alicujus Sacerdotis quomodo exhibenda.

Observabamus, relationes de obitu Sacerdotum nonnunquam esse mancas, et quidem 1. quoad *provisionem Sacramentis moribundorum*, et 2. quoad *ultima vitae adjuncta &c.*

Non praesumimus quidem, sacerdotem aliquem, nisi instantanea morte repente praeventus fuerit, absque Sacramentis ex hac vita migrasse, deficiente autem certitudine in hac re adeo gravi, omnino quietos non sinit Nos esse charitas.

Committimus proinde AA. RR. DD. Decanis, ut in ejusmodi relationibus, semper diserte exprimant, num et quando ac per quem, *sacramentis provisus* fuerit defunctus Confrater. Gratum Nobis quoque foret, si etiam propiores aliquas notitias *de ultimis vitae momentis*, de relicta nefors ultimae voluntatis dispositione, de substantia inventa etc. e relatione decanali haurire possemus.

Hac occasione porro non possumus non revocare in memoriam Venerabilibus Confratribus, gravitatem obligationis tam concernentis Decani, quam etiam vicinorum Parochorum, aut Cooperatorum in loco existentium, monendi scilicet tempestive infirmum Confratrem, ut dum adhuc vires suppetunt, ad aeternitatis iter se praeparet, sanctisque Ecclesiae sacramentis se praemuniat. Infirmus praeterea a Confratribus saepius visitandus est, et agonia appropinquante sedulo vigilandum, ut continuo sit praesens Sacerdos, qui ultimae absolutionis gratiam moribundo impertiat, Indulgentiam in Articulo mortis largiatur, pios affectus illi suggerat, atque commendationem animae (ritu in Breviario occurrente) oret, ut decedens ex hac vita, in osculo Christi crucifixi, atque dulcissima Jesu et Mariae nomina invocando, animam Deo reddat.

Dabit Dominus misericors, ut servitium hoc praestantes, etiam ipsi, ultima appropinquante hora, non simus destituti auxilio sacerdotis.

E ses. 8. Aug. 1861.

N. 2529.
Observanda in casu, quando de baptismo rite collato non adsit fundata sufficiensque persuasio, etc.

Ordinatio Illmi Consistorii Premisl. r. l. de 29 Feb. 1861, N. 223 intuitu baptismi per obstetrices collati aut per alios; baptismi sub conditione conferendi &c. promulgata, Ven. Clero Nostro pro informatione et observatione in sequentibus communicatur:

„N. 333. Probe scitis, Venerabiles Fratres! non posse iterari Baptisma, quia ut loquitur S. Thomas Doctor Angelicus, est quaedam spiritualis generatio, et sicut uterus, dicente S. Augustino tract. 11. in Joannem, repelli non potest, sic etiam una est spiritualis generatio. Non iteratur, quia „dicente eodem divo Thoma, in morte Christi baptisamur, per quam morimur peccato et resurgimus in novitatem vitae, quae mors sicut et Christi una esse debet“ quia baptismus imprimit characterem indelebilem; denique quia principaliter datur contra

originale peccatum, et ideo sicut originale peccatum non iteratur, ita nec Baptismus. Hinc Ecclesia conciliorum oraculis damnavit rebaptisationes, etiamsi baptisma fuisset collatum ab haereticis. Est enim ecclesiae doctrina: „neque ministri personam neque haeresim posse baptismum efficere nullum, si cum requisita materia, debita forma et intentione saltem faciendi id, quod facit Ecclesia, collatum fuerit.“ Attamen dubitandum non est, quin debeat conferi sub conditione, quum dignosci non potest, an fuerit administratum, valideque suspicatur, non fuisse rite collatum.

De quibus, inquit Alexander III., dubium est, an baptisati fuerint, baptisentur, his verbis praemissis: „Si baptisatus es, non te baptiso, sed si nondum baptisatus es, ego te baptiso.“ Non leve tamen vel metaphysicum sufficit dubium, sed grave vel saltem rationabile sit oportet. Ideo Catechismus Romanus reprehendit eos, qui sine delectu baptismum conditionalem usurpant, qui, si infans ad eos deferatur, nihil prorsus quaerendum putant, an is prius ablutus fuerit, sed statim ei baptismum tribuunt, quin etiam, quamvis exploratum habeant, domi Sacramentum administratum esse, tamen sacram ablutionem in Ecclesia, adhibita solemni caeremonia, cum additione repetere non dubitant; quo sacrilegium committunt et eam maculam suscipiunt, quam divinarum rerum scriptores irregularitatem vocant.

Non licet igitur conferre baptismum sub conditione: 1. infantibus, qui ob discrimen vitæ, in quo versabantur, ab obstetricibus baptisati sunt, quamquam, quum ad Ecclesiam deferantur, pastores accurate rationem modumque, quo baptismus collatus fuerit, investigare debeant. Eo minus proles sub conditione est baptisanda, quando obtestrix est integræ famae, circumspecta, sæpius experta et probata semper egisse recte, sique asseveret, eam esse legitime a se baptisatam, quia tum non potest esse prudens dubium. Baptisare autem sub conditione extra prudens dubium, quamvis adsit scrupulus levis, debet ordinarie censeri mortale. Lacroix Q. 58. §. 3.

II. Non est conferendus baptismus sub conditione prolibus expositis, qui testimonium accepti baptismi in schedula descriptum, colloque suspensum gerant, dommodo schedula certitudinem praebeat, e. gr. si a parocho noto scripta sit vel subscripta. Bened. XIV. Synod. diœc. Inst. VIII. 8. S. C. C.

III. Non iteratur baptismus sub conditione super infante, qui nondum egressus ex utero matris, ob imminens mortis periculum in capite baptisatus extitit, etiamsi postea vivus evasit. Rit. Sacr. de Bapt. Parvul.

IV. Si baptisans fuerit perturbatus, ideoque dubitet, an aliquid essentiale omiserit, si unus adstantium, reliquis non contradicentibus testetur, hoc esse appositum, de cujus omissione dubitatur, nil debet repeti. Lacr. Q. 56. §. 3.

V. De illo, qui natus est de Christianis parentibus et inter Christianos est fideliter conversatus, tam violenter praesumitur, quod fuerit baptisatus, ut hæc præsumtio pro certitudine sit habenda, donec evidentissimis forsan argumentis contrarium probetur. Innoc. III. C. veniens 4. de presb. n. bapt. Lacr. L. VI. Q. 56. §. 1.

VI. Non est rebaptisandus, de cujus baptismo habetur testimonium unius ocularis fide digni testis licet foeminae, dummodo non sit suspecta, nec aliud obstet. Laiman apud Lacroix.

VII. Baptisatus ab haeretico non debet iterum sub conditione suscipere baptismum, cum in sinum Romanae Ecclesiae restituitur, si circa Baptismum ejus nihil fuerit omissum eorum, quæ ab Ecclesia Romana præscribuntur circa materiam, formam atque intentionem, excipiatur attamen casus, si constet, violatam fuisse vel materiam vel formam, tunc enim dubitandum est de valore Baptismi a ministris haereticis collati. Talia autem evenire possunt, quia inter hos nonnuli putant hoc sacramentum non esse absolute necesarium, et ideo parum curant de eo rite conficiendo. Bened. XIV. de Synod. diœc. 1, 7. c. 6.

Confertur vero baptismus sub conditione his, de quibus re diligenter discussa, dubium relinquitur prudens, an Baptismum rite susceperint. Hinc:

I. Baptisati ab obstetricibus infantes possunt rebaptisari sub conditione in casibus particularibus, ubi prudens dubium oritur circa validitatem baptismi prima vice collati S. C. C. 19. Decembris 1682. Bened. XIV. in Synodo diœc. Inst. 84. art. 5.

Præsertim vero, si obstetrix fassa vel convicta fuerit, aliquando non recte baptisasse, neque adsit testis fide dignus, vel duo testes, qui verba prolata audierint, atque materiae applicationem viderint.

II. Infantes expositi et reperti sine schedula testante de Baptismo, imo licet appensum scriptum habeat, quo baptisati significentur, si tamen re diligenter prærequisita, adhuc dubium maneat, eos baptisatos esse, baptisentur supra expressa conditionis forma. Bened. XIV. Concl. Mediol.

III. Infans si non in capite, sed alio membro ex utero matris emissus ob mortis periculum baptisatus erat, natus deinde vivus, sub conditione baptisandus erit. Ritual. Sacr.

IV. Iterandum esse baptisma, quoties per jocum vel irrisionem administratum esset. Deficit enim intentio saltem faciendi, quod facit Ecclesia.

Casu, quo parochus pro certo advertat, plurimos fuisse ab obstetrice vel alio invalide baptisatos, procedat juxta regulam Voit a Petro Scavini Tract. IX. Disp. II. Cap. III. Q. b. citatam, quam libenter amplectimur: „Si invalide baptisati adhuc sint in tenera aetate, eos privatim ad se vocet, et tanquam iis volens benedicere, frontem aqua baptismali ad hoc parata, vel in ejus defectu aqua lustrali aspergat largiter et insuper pollice bene madefacto signo crucis muniens clam pronuntiet formam baptismalem. Quoties est iterandum baptisma adultorum, S. Concil. Congr. 21. Decembris 1733. vult, secreto id faciendum esse ad evitanda scandala. Tales occulte admoneantur et baptisentur, dicit Layman. Praevisa tamen vel exorta aliqua difficultate concilium Nostrum Parochus expetat.

Ad præcavendas vero tales irreverentias, ad evitanda scandala, ad consulendum animabus curae Nostræ creditis revocamus Vobis Venerabiles Fratres! in memoriam legem

in Synodo diœcesis hujus Brzozoviæ celebrata 1723. latam, quæ Capite IV. posita sic sonat: Docendae sunt ab omnibus curam animarum habentibus obstetrices circa partum adhiberi solitæ, qualemnam instante periculo mortis formam adhibere debeant ad baptismum infantium, præcipiendo illis, ne supra expressam formam immutent. Quocirca dum infans in extremis baptisatus pro supplenda cæremonia adfertur ad ecclesiam, a cunctis parochis eorumque Vicariis interrogandæ sunt prius obstetrices, qualemnam adhibuerint formam verborum et quomodo infuderint aquam, et in casu comperti erroris graviter exhortentur, baptismusque rite conferatur.

Præterea inhærendo Rituali Romano, tum Synodorum post s. Carolum celebratarum, nec non Benedicti XIV. salutaribus præscriptis obligamus parochos coram Deo et Ecclesia, quatenus curent, ut fideles præsertim obstetrices rectum baptisandi ritum probe teneant et servent, ut eas bene instruant, examinent, moneantque semper, ut in casu necessitatis duas saltem præter infantis matrem personas, si fieri possit, baptismo adesse curent, quæ modum, quo res tota agitur, annimadvertant, nimirum, quæ verba fuerint pronuntiata, quæ aqua adhibita, ut sic fidem facere possint.

Ultimo Catechismi Romani ad Parochos insistendo præceptis districte volumus, ut pastores omnibus suis parochianis, in concionibus, in catechetica instructione, in schola, nec non si populus majori numero convenit et interdum alicui Baptismus administrandus sit, circa actum administrationis divina baptismi mysteria explanent, doceant, dilucide exponant, quænam sit ejus natura et substantia; evenire enim potest, ut occurrente inopinato casu illud ministrare debeant. Premisliae die 29. Februarii 1861.“

N. 2704.

Superpelliceum &c. ad profanos actus deponendum.

Ne sacra misceantur profanis, cavetur per præsentes, ut tunc, quando quis, superpelliceo indutus, stolaque exornatus, e Confessionali aut a Baptisterio, Copulationeve, ad domum plebanalem pro refectione &c. se confert, amictum hunc sacrum deponat, quo subsecuto sumat refectionem, assumat inscriptionem, texat cum parochianis colloquium adæquatum, et sic porro. Tarnoviæ 10 Octob. 1861.

N. 2324. 2353. 2354. 2359. 2391. 2495. 2514. 2521. 2531. 2622. 2661. 2745. 2773. 2919. 2920. 2924. 2925.

Series collectionum piarum ulterior.

I. E Dec. *Żywiec.* 60 x. pro 2. exem. *Józefata dol.* et 67 fl. 45 x. pro Bulgaris, nimirum AA. RR. Curati e *Lipowa* 1 fl. et Parochiani 6 fl. e *Radziechowy* et *Łodygowice* per 2 fl. &c. RR. Cooperatores in *Łodyg.* et *Wilkowice* per 1 fl. Parochiani in *Wilkow.* 2 fl. e *Łodyg.* 6 fl. 87 c. in *Radziechowy* 8 fl. in *Żywiec.* 24 fl. e *Szczyrk* et Cięcina AR. Parochus cum Parochianis per 6 fl. 50 c. II. E Dec. *Bobov.* 66 fl. 20 c. pro iisdem. III. E Dec. *Wielic.* 236 fl. 40 c. et quidem e *Bodzanów*, *Świątniki* et *Wróblowice*

per 3 fl. 94, 80, 60 xr. e *Podstolice* 4 fl. 60 c. e *Grabie* 5 fl. 60 c. e *Zabieżów* 6 fl. 60 c. e *Łazany* 7 fl. 40 c. e *Kosocice* 9 fl. 60 c. e *Brzezie* 12 fl. 6 c. e *Niepołomice* et *Wieliczka* per 14 fl. &c. e *Bieżanów* 15 fl. e *Niegowić* et *Podgórze* 16 fl. 60 c. e *Biskupice* 17 fl. 60 c. e *Staniątki* a Ven. Conventu et V. Clero 34 fl. 60 c. e *Gdów* 49 fl. 60 c. dtt. IV. E Parochia *Wojnicz* 25 fl. dtt. V. E Dec. *Neo-Sandec* 2 fl. 70 c. pro 9. libellis „Józef. dolina.“ dtt. VI. E Dec. *Brest.* 3 fl. pro 10. VII. E Dec. *Myślenic.* item 3 fl. pro 10. VIII. E Dec. *Tymb.* 3 fl. 30 x. pro 11. dtt. IX. E Dec. *Tarnov.* 3 fl. pro 10. lib. „Józefata dolina“ et 78 fl. 50 c. dtt. nimirum e *Piotrkowice*, *Jodłówka*, *Zbyłtow. góra* et *Gromnik* per 1 fl. 20. 40. 50. c. e *Pleśna*, *Brzozowa*, *Jurków* et *Wierzchosławice* per 5 fl. &c. e *Siemiechów* 6 fl. e *Poremba* 12 fl. e *Tuchów* 15 fl. e *Ryglice* 20 fl. 20 x. X. Ex *Izdebnik* 1 fl. dtt. XI. E *Jurków* 35 fl. 10 x. dtt. XII. E Dec. *Brest.* 3 fl. 60 c. pro Ryglice. XIII. E Dec. *Tymbarc.* 74. R. 10 c. pro Bulgaris, utpote e *Słopnice* e *Tymbark* per 20 x. e *Skrzydlna* 70 c. e *Kasina* et *Wilkowisko* per 1 fl. 17. 30. c. e *Mszana*, *Monte S. Joan.* ac *Limanowa* per 2 fl. e *Szyk* et *Rybie* per 3 fl. 70. 50. c. ex *Olszówka* et e *Szczyrzyc* per 6 fl. 13. 70. c. e *Łososina* 8 fl. 20. e *Niedźwiedź* 13 fl. 11 c. e *Dobra* 23 fl. 19 c. XIV. E *Podegrodzie* 4 fl. 10 c. dtt. XV. E *Radziechowy* 7 fl. dtt. XVI. E Dec. *Wadow.* videl. e *Wadowice* 9 fl. e *Tłuczan* 12 fl. pro 14 libellis „Józefata dolina“ 4 fl. 20 c. dtt. pro Sororibus Providentias Leopol. 8 fl. XVII. E Dec. *Neo-Sandec.* 4. fl. pro Missionibus in *Africa* nimirum ex *Ujanowice* 1 fl. ex aliis parochiis præter Neo-Sand. per 20, 70 c. *Quibus Omnibus larga de cœlis benedictio!*

Tarnoviæ 21. Nov. 1861.

L. 2647.

Żadne sprawozdanie o Missyi w środkowéj Afryce z r. 1860/61 nie wyjdzie, jednak bilans wykazuje się, i t. p.

Według uwiadomienia Wys. c. k. Namiestnictwa Lwow. z 19. wrz. r. b. l. 61932 Wysokie Ministerstwo Państwa Reskryptem swoim z 4. wrz. r. b. L. 8264 w skutek prośby komitetu Stowarzyszenia Maryackiego ku wspieraniu Missyi katol. w środkowéj Afryce podaje do wiadomości, że jak to w IX sprawozdaniu roczném wspominało się, dla braku materyałów, X. zeszyt (der X. Jahresbericht) nie wyjdzie, aż dopiero w r. p. który uzupełni tę lukę; że do resztującéj sumy zeszłorocznéj w ilości 21357 złr. 75 xr. wpłynęła ze składek dobroczynnych od 1. marca 1860 do ostatniego lut. 1861 suma 26158 złr. 58 xr. a wydana została kwota 18803 złr. 21 xr. zaczem zostaje z końcem lut. r. b. w kasie komitetu 28713 złr. 10 xr. w. a. nakoniec że za staraniem Jks. Prowikaryjusza środkowéj Afryki Mateusza Kirchnera Zakon Franciszkański (OO. Bernardynów) wysełać będzie członków na założenie stacyi Missyjnéj, któréj przyszłość stała zabezpiecza się.

Lubo Szanowne Duchowieństwo b. r. nie odbierze drukowanego sprawozdania o

czynności gorliwéj Missyi, jednak wszelkiego na nowo dołoży starania w zbieraniu jałmużny na rzecz Missyi téj ku rozszerzaniu królestwa bożego pomiędzy bałwochwalcami owéj gorącéj strefy. Tarnów 17. października 1861.

L. 2703.

Poleca się czytanie sprawozdania XXXI. Fundacyi Leopoldyńskiéj jako i dalsze takowéj wsparcie.

Sz. Dyrekcyja Central. Wiedeńska Pismem swojém z d. 25. wrz. r. b. L. 3277 przeseła Nam 160 zeszytów sprawozdania XXXI. o stanie téjże Fundacyi, czyli Missyi w Ameryce północnéj, z których sporą część do każdego Dekanatu wyprawiamy z poleceniem, aby 1. egzemplarz został przy bibliotece Dekanalnéj, który pójdzie z kurendą do przejrzenia, po jednym zaś dostało się owym kościołom, z których najwięcéj wpłynęło jałmużny albo gdzie istnieje biblioteka parafialna. Po przeczytaniu Wielebne Duchowieństwo obznajmi Parafijanów z treścią tegoż sprawozdania i nie omieszka za pomocą pobudek z niego przytoczonych do dalszego swoich zachęcać wsparcia; a na koniec pospieszy z przesełką datek na ręce Nasze.

Z tego zeszytu poweźmie przekonanie, że z Dyecezyi Naszéj zapłynęło do Ameryki 200 złr. z r. 1860; daléj, że z końcem roku 1859 znajdowało się w kasie Dyrekcyi 24090 złr. w obligacyjach, a 61768 złr. 20 xr. w gotówce; wpłynęło w r. 1860 w oblig. 100 złr. a gotówką 28529 złr. 33 c. wydało się do końca roku 1860 58181 złr. 7 c. zostaje z końcem r. 1860 oblig. 24190 złr. a gotówką 32116 złr. 46 c.

Tarnów 14. listopada 1861.

L. 2676.

Przedpłata na pismo peryodyczne: „Salzburger Kirchenblatt (Neue Folge)" jako i wezwanie do przesełania zmian w Diecezyi ogłasza się.

JX. Jędrzéj Gassner, Dr. Profes. past. i Dziekan Wydziału teolog. jako Redaktor powyższego Pisma, które raz w tydzień arkuszowo wychodzi i wszelkie przedmioty z dziedziny Teologii i Pedagogiki oraz zdarzenia kościoła różne obejmować będzie, szuka przedpłacicieli na swe pismo, stanowiąc cenę wraz z przesełką 4 złr. 80 x. roczną, półroczną zaś 2 złr. 40 x. a ćwierćroczną 1 złr. 20 x. i uprasza o udzielenie wszelkich zmian w Osobach czy to kościelnych czy szkolnych.

Wielebne Duchowieństwo łącznie z Sz. Nauczycielstwem pragnąc wiedzy takowéj nie omieszka zamówić sobie pożyteczne toż Pismo, a znowu Przewielebni Dziekanie i Dozorcy szkół, Przełożeni Seminarza na *końcu* r. b. zechcą Nam spisy zmian Osób duchownych i szkolnych (tych osobno), które w przeciągu roku przez obsadzenia lub zejścia, w Dekanacie się wydarzyły, w *niem.* języku sporządzić i do Konzystorza Naszego nadesłać,

wyraźnie napisane, które wydrukowane głosić będą światu, wiele się kształci kleryków, kandydatów nauczycielstwa; którzy otrzymali posady, promocyje, wyszczególnienia i którzy przeniesieni zostali na inne stacyje... w Diecezyi naszéj i. t. d.

Tarnów 14 listopada 1861.

N, 2677.

Opus „Wiadomości niektóre do dziejów Kościoła katolickiego w polsko-rosyjskich Prowincyjach..." heic venale in favorem SS. Papae Pii IX. subsidium anhelantis.

Operis, quod elucubravit A. R. D. Marcellus Sidonius Śleczkowski Parochus Szarzynensis Diœces. Przemysliensis sub titulo „Wiadomości niektóre do dziejów kościoła katolickiego w polsko-rosyjskich Prowincyjach od rozbioru Polski aż do najnowszych czasów" in Consistorio Nostro 250 Exemplaria venalia prostant.

Plur. Rndi DD. Decani dabunt operam, ut fratrum suorum ad acquirendum apud Nos opus isthoc animos moveant pretiumq. collectum *quantocyus* ad Nos expediant. Siquidem opus cum unctione scriptum notitias omni attentione dignas et temporum rationi perquam convenientes continet omnibusq. status nostri fratribus necessarium, imprimis illis laicis, qui iniquis incriminationibus Sedem Romanam, quasi eorum, quæ in detrimentum Ecclesiae catholicæ in Russorum Imperio eveniunt, incuria laboraret, impetunt.

Exemplar unum 1 fl. 30 x. A. V. venditur, expensis rescissis, reliquum quod qua pretium venditi operis confluet, ceu grossus S. Petri Smo Patri summis in angustiis versanti, offertur. E Consistorio Eppali. Tarnoviæ die 10. Octobr. 1861.

N. 2632.

Piis ad aram suffragiis commendatur

Anima R. F. Sancti Martens Prioris Conventus FF. Misericordiæ Zebrzydovicensis Sacramentis rite provisi, 30. Aug. a. c. demortui....

Tarnoviæ 14. November 1861.

Josephus Alojsius,
Episcopus Tarnoviensis.

E Consistorio Episcopali,
Tarnoviae die 21. Novembris 1861.
PAULUS PIKULSKI, Cancellarius.

Typis Anastasii Rusinowski Tarnoviæ.